not. 1. — 2) *Legavit.* — 3) *Cf. N. 6728 (not. 1); Mommsen eph. ep. 7 p. 439.* — 4) *Scr.* ea recte *vel* it recte *(Momms. p. 711).* — 5) *Cf. N. 6469 not. 5.*

Alios titulos Barcinonenses dedi N. 568. 576. 1029. 1952. 3777. 4008. 5486.

6958 L. Fabio L. f. | Quir. | Fabullo | aed., IIvir. III, | flamini divor. | Aug. r. p. Mag. | ob multa eius | merita.

6959 . . Maecius Mae|cianus Quirina | Montanus ae|dilicius, iter. IIvira|tu in insula func|tus, etiam flamina|tu provinciae Hispa|niae citerioris, ob ae|ternitatem honorum | suorum memoriae | conlocavit.

Magone in Baleari insula minore (II 3710. 3711 cf. p. 963 vidit Huebner).

6960 . . . | . . x et C. Cornelius | Servinus h.[1] et curatores | operis eius p.[2] | Hic r. p. Ebusi[*t.*] XC milia | numorum legavit, ut ex eis | quodannis tributum Romanis | penderetur[3], et ne cives iniquo | tempore tributa pendere | cogerentur reliqua VI milia | fenerarentur, et ex usuris | ludi ederentur quodannis | cum vas lum. nate[4] eius V | . . .

In insula Ebuso (Iviza) (II 3664 semel descripta saec. XVI non sine mendis). — 1) *Heredes.* — 2) *Posuerunt.* — 3) *Cf. C. I. Gr. 2336: ἀναθέντα . . . τῇ* [π]*όλει δηνάρια μύρια ὀκτακισχείλια πεντακόσια, ἵνα ἐκ τοῦ τόκου αὐτῶν ὑπὲρ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων ἐλευθέρων Τηνίων κατ' ἔ*[τ]*ος διδῶται τὸ ἐπικέφαλον. Revue arch. 37, 1900 p. 489, 131: δόντα . . . τὸ ἐπικέφαλιον ὑπὲρ τῆς ἐπαρχίας.* — 4) *Scr.* natali.

Aquitania.

6961 flamen item | dumvir[1], quaestor | pagiq. magister, |
Verus ad Augus|tum[2] legato[3] mu|nere functus |
pro novem opti|nuit populis[4] se|iungere Gallos. |
Urbe redux Ge|nio pagi hanc | dedicat aram.

Hasparren in Pyrenaeis (XIII 412 Hirschfeld vidit ectypum; imaginem edidit Iullian Revue des études anciennes 4, 1902 tab. II cf. p. 46). Titulum propter litterarum formam ineunti saeculo p. Chr. tertio adtribuit Hirschfeld Sitzungsber. Berl. Akad. 1896 p. 437, saec. p. Chr. secundo Iullian l. c. — 1) *Duumvir, sc. Tarbellorum (cf. C. I. L. XIII p. 53).* — 2) *Incertum quis imperator significetur.* — 3) *Requiritur* legati (legatum *editum est C. I. L., errore typographi).* — 4) *Novem populi Aquitaniae propriae, qui inde a temporibus Diocletiani provinciam Novempopulanam efficiebant. Cf. Hirschfeld Sitzungsber. l. c.; item supra N. 1374 not. 4.*

6962 L. Valerius Muntanus[1] Tarbellus[2] IIIIsi[*g*]nanus[3], domu Narb[*one?*] . .

Prope Saguntum Hispaniae (II 3876 ad exempla non bonea facta saec. XVI). — 1) *Inter* Munt. *et* Mont., 2) *inter* Tarbellius, Trabellius, Tabellius *variant apographa.* — 3) IIII sicinianus *vel* IIII sicinanus *traditur. Cf. Plin. h. n. 4, 108: Tarbelli Quattuorsignani.*

6963 Θ.[1] Hanaro | Dannorigis f. | mag. quater et | quaestori; | v.[2] Aldeni Donni fil., uxori.

archive.org